

ARNOLDVS ET THEODORVS BIRCKMANNI FRA.
tres Colonienses.



Arnoldus & Theodorus ex honesta familia Colonię nati & educati sunt. Hi cum felici ingenio essent præditi, à teneris annis operam literis dederūt, & in ijs uigilanti studio adeò profecerūt, ut meritò doctis uiris connumerari queant. Inest etiam ijs religionis amor, & humanitatis studium. Ex his Arnoldus optimos quoſq; authores typis euulgat, aut alibi euulgatos ſibi comparat, atq; magna laude Belgis ſuis communicauit, ut hac ratione omnibus aditum ad pietatem & uirtutem præparare queat. Is cum meum institutum ab aliquot annis per literas intellexiffet, meum studium adiuit, & illustres Belgiaꝝ viros Moguntiꝝ, in Francisci Behem & Ioannis Prubachij optimorū Typographorum præsentia (cum ibi 1565 in mea peregrinatione essem) benignè communicauit. Cum etiam alia quædam religionem concernentia cum Arnoldo contulifsem, facile ingenij ipsius uim & animi dexteritatem intellexi.